In quamcumque ciuitatem intraueritis & non receperint
uos · exeuntes in plateas eius dicite ; Et iam puluerem
qui adhaesit nobis de ciuitate ura extergimus in uos ·
tamen hoc scitote · quia appropinquauit regnū dī ;
dico uobis · quia sodomis in die illa remissius erit · quā
illi ciuitati ; Uae tibi chorazaim · uae tibi b&hsaida ·
quia si in tyro & sidone factae fuissent uirtutes · quae
in uobis factae sunt · olim in cilicio & cinere · sedentes
poeniterent · Uerumtamen tyro & sidoni · remissius
erit in iudicio quam uobis · Et tu capharnaū · usque ad
caelum exaltata · usque ad infernum dimergeris ;
Qui uos audit · me audit ; & qui uos spernit · me spernit ;
qui autem me spernit · spernit eum qui me misit ;
Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes
Dñe · & iam daemonia subiciuntur nobis in nomine tuo ;
Et ait illis ; uidebam satanan sicut fulgor · de caelo
cadentem ; Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra
serpentes & scorpiones · & supra omnem uirtutem ini
mici ; & nihil uobis nocebit · uerumtamen in hoc nolite
gaudere · quia spiritus uob subiciuntur ; Gaud&e autē ·
quod nomina ura scripta sunt in caelis ;
In ipsa hora exultauit spū scō · & dixit ; Confiteor tibi
pater dñe caeli & terrae · quod abscondisti haec a sa
pientibus & prudentibus · & reuelasti ea paruulis ; & ia
pater · quia sic placuit ante te ;
Omnia mihi tradita sunt a patre meo ; & nemo scit quis sit
filius · nisi pater ; & quis sit pater · nisi filius ; & cui uo
luerit filius reuelare ; Et conuersus ad discipulos
suos · dixit ; beati oculi qui uident · quae uos uid&is ;
Dico enim uobis ; quod multi proph&ae & reges